

DISPUTATIO IURIDICA

De

28.

APPELLATIO.  
NIBUS:

QUAM

D. O. M. A.

SUB PRÆSIDIO

Amplissimi atque Consultissimi

VIRI

DN. GEORGII- DAVIDIS LOCAME-  
RI J. U. D. ET IN INCLYTA ARGENTORA-  
TENSIVM ACADEMIA PROFESSORIS  
Pandect. Ordinarii, Præceptoris & Fautoris sui perpe-  
tim honorandi, colendi,

*Publicè discutiendam  
proponit*

FRIDERICUS TÜNCEL Misnicus.

*Ad diem Aprilis in  
Auditorio maiori,*

SS SS

ARGENTORATI

Typis CONRADI SCHER.

Anno M. DC. XXVII.

Diss. jur. civ.

53,6

72.

*Magnifico, Nobili, & Amplissimo*  
*VIRO,*

DN. GABRIELI TÜNCELIO  
ICTO, SACRI PALATII COMITI  
& Serenissimo ac Potentissimo Electori Sa-  
xoniae à Consiliis primariis &c. Parenti suo,  
summâ observantiâ æternùm sanctè vene-  
rando

*Hoc studiorum suorum pignus*

DEBITÆ GRATITUDINIS ET OBSER-  
VANTIÆ CONTESTANDÆ  
causa

Ea, qua par est, animi devotione &  
reverentia

D. D. D.

F I L I U S:  
Author & Respondens.

IN NOMINE S. SANCTAE ET INDIVL  
due Trinitatis.

De

APPELLATIO.  
NIBVS

THESIS I.



*Via materiam de APPELLA-  
TIONIBVS cum ANTI-  
QVITATE (a), tum NE-  
CESSITATE & VTILI-  
TATE (b) insigni ceteris ferè omnibus an-  
teire, ac vel nulli, vel certè paucis cedere, iudicio  
excellentissimorum Iureconsultorum, omniumq;  
dextrè judicantium deprehendi; Sanè eadem  
quoque ut digna complacuit, in qua tractanda  
aliquid laboris insumerem.*

(a) Latiùs hoc deducunt Robert. Lancell. *tr. de At-  
tentat. in praf. prim. part. nu. 60. usq; 93.* Colleg. jur. Argent. *tit.  
de Appell. nu. 5.* Wesenb. *Parat. ff. d. Appell. n. 6.* Facit exem-  
plum Moysis *Exod. 18. v. 25. & seq.* Pauli Apostoli provocantis  
ad Cæsarem, *Act. 25. v. 10.* Aristot. *2. polit. cap. 8. (aliis 6.) Plat. 6.  
de Legib. Plutarch. in Solone nu. 11.* (b) Hinc non illepidè  
à Curtio jun. *Cons. 163. n. 8.* Theriaca vocatur contra malè ju-  
dicantium venenum: Innocentiæ præsidium *c. cum speciali 61.  
§. porrò. extr. de Appell. l. 17. ff. de Minorib. Appellatorium juva-  
men, Besold. tr. de Appell. cap. 1.* speciàtim quoque meliori de

A 2

nota

nota & ideo commendandum, quod in pluribus repetitis cognitionibus multorumq; consiliis & judiciis ventilata veritas nitidior appareat, ac ita in secunda, quam vocant, instantia, exercitatis jam negotiis pleniore veritatis subveniatur lumine, ut ait Imp. Justinian. in l. per hanc 4. C. de tempor. & repar. Appell. l. 1. pr. ff. de Appell. arg. §. 14. de Confirm. ff. Petr. Heig. quest. iur. p. 1. quest. 10. nu. 8. & seq.

## II.

Manum verò antequam ad eandem propius admoveam, non abs re fore existimo, si breviter **MODVM TRACTATIONIS** præmittam, qui talis esto: Exordiar à capite, ipsa nimirum Appellationis Definitione, sive potius descriptione: hanc sequentur Personæ, quibus Appellare licet vel non: quas excipiet tempus circa Appellationem observandum; ulterius ostendam quibusnam in Causis procedat Appellatio & in quibus non: tum à quo & ad quem judicem Appellandum, quidq; utriusq; sit officium declarabo: ac deniq; effectum Appellationis subiiciam.

## III.

Est itaq; **APPELLATIO** (a) ad maiorem judicem (b) ratione gravaminis (c), vel iam illati vel inferendi (d) provocatio.

(a) Huius voculæ, quæ sint diversæ in jure nostro acceptio-

ceptiones, videre est ex colleg. jur. Argent. *sub tit. de Appell. n. 3.* sicuti ibidem *subsequenti nu. 4.* diversæ diversorum quoq; definitiones recensentur. *adde VVesenbec. ff. eod. & Barn. Brissou.* Quid mihi illa hoc loco significet, ex ipsa definitione satis superque constare puto. Utor autem verbo Appellationis & Provocationis ( ut ut aliàs differentiâ non careant, unde & alterum loco generis hîc posui, *Marant. p. 6. tit. de Appell. nu. 2. 6.* ) promiscuè, & hoc quidem autoritate Ulpiani *in l. 1. §. 1. 2. 3. l. scio quasitum 3. §. fin. l. illud sciendum. 8. ff. h. t.* Modestini *l. praeses prov. 27. ff. de Re iud.* Hermogeniani *l. 27. ff. de Appell. l. si aëtor, 10. C. h. t. l. si cum. 2. C. quand. provoc. non est neces. l. ab executione. 5. C. quorum App. non recip.* De Synonymis & æquivalentibus videre licet apud Bocer. *part. 2. disp. 34. th. 3. & 4.* (b) De hoc vide infra th. 26. (c) vide inf. th. 7. (d) *l. 2. ff. de Appell. recipiend. & Dd. communiter.* Hic lectorẽ admonendum duco, quod, licet plerique Appellationem distinguant in Judicalem & extrajudicalem, ego tamen eam distinctionem non agnoscam: eò, quòd posterior species, improprie Appellationis vocabulo insigniatur, ut textus est expressus in *c. cum sit Romana 5. extr. de Appell.* Comprobatur Mynsing. *4. obser. 43. vers. quid autem, & vers. ult.* itemque Gailio. *1. obser. 120. num. 1. & 4.*

#### IV. *æ*

De PERSONIS, quib. beneficio hocce uti possunt, dico, quod sententiam latam impugnare, naturali ratione omnibus in judicio gravatis indistincte: (a) Iure verò Civili & Canonico omnibus, quib. speciali ratione non est ademptum, (b) permittatur; sive nomine proprio, sive alieno (c) agant.

(<sup>a</sup>) *l. Imperator 25. ff. de Appell. l. 15. in fin. cod. l. 30. C. eod. c. omnis oppressus, c. ideo 2. quest. 6. ord. Cam. part. 2. t. 28. §. 1. arg. l. 3. ff. de Iust. Iur. l. 1. §. vim vi 27. ff. de vi & vi arm. sive revera gravati sint, sive probabiliter saltem se gravatos opinentur. l. Appellanti. 13. §. 1. ff. h. t. unde commune auxilium dicitur in l. 3. §. 1. ff. ratam rem hab. nec statuto, nec consuetudine, nec præscriptione nisi immemorialis temporis auferri potest. l. omnes populi. 9. ff. de I. & I. & ibi Dd. c. venientes 19. extr. de Iurejur. Gail. lib. 1. obs. 135. nu. 12. Bart. in d. l. 9. nu. 24. ubi subjicit rationem, quod nimirum talia statuta defensionem auferant. Potest tamen limitari, adeò, ut appellans cautionem præstet de non malitiosè Appellando Myns. 3. obs. 57. pr. cuius exempla habentur in Ordinat. judicii Provincialis Mogunt. item in Republ. Argentoratensi Obrecht tr. de Jurament. Calumn. c. 8. n. 12. (<sup>b</sup>) Sic non est arcendus *Excommunicatus* c. cum inter 5. c. dilecta. 10. c. 11. c. ultim. extr. de Except. & quidem à sententia excommunicationis provocans c. cum contingat. 36. extr. de offic. judic. deleg. c. per tuas 4. extr. de sentent. excommun. Et, qui huic ferè æquiparatur, *Bannitus*, s. proscriptus, Præjud. Cam. addit. tom. 2. Symphor. tit. Appellans & Appellatus. §. 2. Minor etiãsi curatorẽ habeat, arg. §. 2. vers. at ex contrario Inst. quib. alie. lic. §. pupillus 9. Inst. de inutil. Stip. l. ex consensu 23. §. 2. ff. h. t. Besold. tract. de Appell. c. 5. n. 4. & 5. *Nominatus aut vocatus ad munus aliquod publicum*, Tutelæ v. c. vel ipsius Reip. l. 1. §. 1. 2. ff. quando Appell. l. 10. ff. de Excusat. tur. l. 1. pr. & §. 1. ff. de vacat. & recusat. muner. l. 4. Cod. h. t. Arcendus autem est *Servus* cùm suo tùm Domini nomine appellaturus l. ult. in pr. l. servi 15. ff. h. t. *Contumaciter absens* & in absentia damnatus, ita tamen ut negotiũ priùs summatim examinatum fuerit l. 1. l. abstinendum 4. C. quorum Appell. non recip. l. & post 73. §. fin. ff. de Iudiciis, Schrader. tr. Feud. p. 9. cap. 7. nu. 110. & hoc si citatus sit contumax in nõ veniendo Bachov. in anim. advers.*

*madvers. ad Treñtl. h. Disp. th. 3. lit. D. E. verbo contumaces. Ex-  
cipe Rusticos, Mulieres & Minores. Is qui beneficio huic  
renunciavit pacto. l. 1. §. 3. ff. à quib. appell. non lic. l. ult. §.  
fin. C. de temp. Appell. Ang. Cons. 187. sive tacite sive expresse. vi-  
de inf. th 6. hic in fine explicat. Et si qui sunt id genus alii. (c)  
ut, Procurator l. invitus 17. C. de Procurat. fusius Besold. tr. de  
Appell. cap. 5. à num. 46. usq. 59. Negotiorum gestor l. 1. pr. ff.  
de Appell. recip. Tutor & Curator nomine pupillorum &  
minorum l. 1. §. 13. ff. quando Appelland. l. 20. §. 1. l. 24. l. 27. ff. de  
Appellat.*

### V.

*Uterius & hoc beneficio uti possunt ij, quorum  
(licet directò contra ipsos non sit pronunciatum,  
tamen) INTEREST.*

*l. 1. prin. ff. de Appell. recip. l. si Procuratoris 2. §. 1. & §. fin. ff.  
quando Appelland. l. ab Executore 4. §. abio 2. §. 3. 4. fac. l. à sen-  
tentia 5. pr. §. 2. l. si perlusorio 14. ff. de Appell. Nov. 23. cap. 1. ratio  
est in fine l. 2. ff. quand. Appelland. Gail. 1. obs. 122. Qua ratione  
auditur appellans à sententia lata in eum qui ad supplicium  
trahitur, etiamsi ipsemet condemnatus contradicat Appel-  
lationi, & sententiæ parere paratus sit. textus est in l. non tantum.  
6. ff. de Appell. ubi una subjicitur ratio, nimirum: humanitas;  
id quod & habetur in l. addictos 29. C. h. t. & alia redditur ratio  
in l. 7. ff. de serv. export. c. 5. vers. proximos dist. 2. de Pœnit. Pro-  
verb. 24. v. II. Et hinc notat Rebuff. in proœm. const. nu. 100. in  
Gallia non admitti renunciaciones appellationum, ideo, quod  
perire volens non sit audiendus: adde rationem l. liber homo  
13. prin. ff. ad L. Aquil. Pater si filius in potestate eius consti-  
tutus appellare neglexerit, postquam ex libertinitate in inge-  
nuitatem se defendens succubuerit; tunc enim parentis reve-*

ra:

ra interest *l. si procuratoris 2. §. 2. ff. quando appelland. l. 1. pr. ff. de liberali Caus.* ubi expressa hæc verba habentur: Semper parentis interest filium servitutum non subire. *§. fin. Instit. de Noxal. act.* Mater, ut ut persona aliàs ad alium defendendum inhabilis, à sententia contra filium lata, provocans *l. 1. §. 1. ff. de Appell. recip. Sanguine junctus in specie l. si procuratoris 2. §. si pro eo 3. ff. quand. Appell.* Maritus in bonis uxoris Receptitiis, sine speciali mandato, cum cautione tamen de rato, *argum. l. maritus 21. C. de Procurat. & ibi Bart. in Dotalib. & Paraphernalibus nō solūm sine speciali mandato, sed etiam sine cautione de rato. l. dotis 7. §. 3. ff. de Iur. dot. l. si mulier 11. Cod. de pact. convent. Mynsing. cent. 3. observ. 53. Gail. lib. 1. observ. 133.* Episcopus, Abbas, Capitulū, Civitas, Dominus, pro clericis Civibus, Vasallis & subjectis, quin & quilibet civis pro Republica appellare cupiens. *Gail. lib. 1. observ. 125. Specul. de Appellat. §. 1. n. 15.* Is, qui per procuratorem expertus victus est *l. ab executeore 4. §. alio. ff. de Appellat.* Fidejussor *l. à sententia 5. pr. h. t.* plura exempla collecta reperies in *Colleg. Jur. Argent. tit. de Appellat. num. 9.*

## VI.

TEMPORIS, ad quod in Appellationibus respiciendum est, tria sese offerunt interval-  
la: primum est DECENDIVM (²) intra  
quod, qui iustè vult appellare, interponat appel-  
lationem oportet: alterum TRIGINTA  
DIEBUS includitur, qui appellanti ad peten-  
dos



dos Apostolos (b) conceduntur: tertium PRÆSENTATIONI APPELLATIONIS (c) deputatum est.

(a) Aliàs dicitur Fatalè interponendæ Appellationis, quod in decem dies demum est redactū à Justiniano. *Nov. 23. c. 1.* & comprobatum à Pontifice *c. anteriorum 2. q. 6. c. Romana 3. v. si verò. extr. de Appell. in 6.* Hoc adeò strictè observatur, ut nec compromissione partium, nec à iudice prorogari possit. *Ord. cam. p. 2. tit. 29. §.* So sollen auch. *Gail. 1. observ. 139. nu. 6.* Currit de momento in momentum *Gail d. obs. nu. 5.* Momentum verò etiam pro hora accipi probat *l. 3. §. minorem 3. ff. de Minorib.* & quoque hoc in loco accipiendum contendit *Govan.* 1. *lect. var. cap. 10. in fin.* cui non exiguæ autoritatis viri repugnant. Currit idem, sicut & reliqua Appellationis tempora, Militibus, ut ut aliàs à juris regulis & rigore exemptis, *l. qui suspectum 20. §. 2 ff. h. t.* Nulli, in gravamine successorio & causam continuam habente, quale est incarcerationio, ibi namq; semper appellatur *Marant. de Appell. nu. 216. Mind. 1. cons. 8. sect. fin.* Nec item pauperibus, nisi quando viva tantum voce appellandum, nullaq; pecunia impendenda est *Gail. 1. obser. 142. nu. 3.* Computantur hi decem dies à die latæ sententiæ, si in iudicio, cum sententia promulgaretur, præsens fuerit, qui ea gravatur *l. 1. §. 5. ff. quando appelland.* Sin absens, computatio dierum à tempore scientiæ facienda erit *l. 1. §. ult. ff. eod.* Idq; ita obtinet, quando ipse dominus sive principalis egerit: quando per Procuratorem defensus fuerit, nec ille provocavit, difficile est, ut postmodum audiatur principalis: quod enim quis per alium facit, idem est ac si ipse fecisset, nisi ille mandati limites excedat. *l. 1. §. fin. ff. quando appelland.* At tamen, ne quicquam in præiudicium tertii inducatur, succurritur ipsi Domino (si actione mandati id fieri nequit *l. si procurator. 10. Cod. de Procurat.*) restitutione in integrum: quod communiter observari dicit *Hartm. Pistor, 1. quest. 36. Rol. d.*

B

valle. *Conf. 91. nu. 7. ad finem usq.* vol. 4. (b) *l. un ff. de libell. dimissor. l. iudicib. 24. C. de Appell.* Hi nisi intra hoc tempus petantur, de jure communi Appellationi renunciatum, eaque deserta reputatur *c. ab eo. 6. de Appell. in 6.* Incipiunt currere hi triginta dies à tempore interpositæ Appellationis *per Nov. 126. c. 3.* qua correctâ videtur *l. iudicib. 24. C. de Appell.* & currit quoq; de momento in momentum. De ordinatione tamen Camerae Imp. huiusmodi intra prædictum tempus Apostolos petendi necessitas Appellanti non incumbit. *Ord. Cam. part. 2. tit. 30. §. 1. Mynsing. cent. 3. observ. 22. num. 4.* quod licet in jure Saxonico *Landrecht. lib. 2. artic. 12.* etiam ita constitutum reperiat, hodiè tamen non amplius observatur. De Apostolis, eorundemq; speciebus, videat. *Beuther. tr. de Appell. temp. 1. cap. ult. Colleg. Iurid. Argent. lib. 49. tit. 5. num. 5. Bosold. tr. de Appellationibus cap. 8. nu. 15. & seqq.* (c) Hoc pendet ex arbitrio iudicis à quo, qui id non minuere tantùm sed & prorogare potest *c. personas. 4. c. oblata. 57. extr. de Appellat.* modò fatalia legis, quæ ex ordinatione Camerae sex mensium cancellis clauduntur non excedat. *Ord. Cam. p. 2. tit. 3. prin. & §. Und also in einem oder andern fall. Gail. 1. obs. 140. nu. 3. Mynsing. cent. 1. observ. 31.* Exceptâ tamen in judiciis a ustragarum causa spoli, cui introducendæ tres solummodo menses præfixi sunt *Ord. Cam. p. 2. tit. 8. §. wo aber der beflagte.* Quomodo verò introducenda sit Appellatio explicat *Beuther. tr. de Appellat. temp. 2. cap. 2. per tot.* Quartum quoque olim tempus in Appellatione attendebatur, quod dicebatur prosequendæ (aliis terminandæ) Appellationis, & circumscribebatur anno, aut ex gravi justaq; causa Biennio, *c. cum sit 5. extr. de Appell. Auth. ei qui. Auth. si tamen C. de tempor. Appell.* n camera erat triennale *Gail 1. observat. 141.* verum cum neutrum amplius ita respiciatur, per ea quæ tradunt *Gail. d. observ. & Mynsing. cent. 6. observ. 12.* necque etiam in foro Saxonico *Reinh. p. 4. differ. 46.* omitto illud. Cæterùm restitui posse, & quomodo, Fatalia lapsa, videre est apud *Gail. lib. 1. observ. 143.* Quod si quis

si quis prædicta hæc tempora præterlabi passus sit ( nisi fuerit pauper *l. si procuratorem* 8. §. quod & 8. ff. Mandati. Gail. 1. observat. 142. num. 1. & seq. Mynsing. cent. 4. observ. 97. ) *deserta Appellatio* creditur *l. si contra* 8. *l. quoniam* 18. Cod. de Appellat. adeoque prior sententia in rem judicatam transit, executionique mandari potest, etiam non expectata pronuntiatione super desertione, iudicis à quo Papon. Recueil de arrests lib. 10. tit. 6. arrest. 5. paria enim sunt prorsus non appellare & appellationem deserere. Ord. Cam. part. 2. tit. 30. §. vnd so also in cinem Roding. 1. tit. 3. in com.

## VII.

*CAUSARUM* porrò, in quibus permessa est *Appellatio*, cum tantus sit numerus, ut vix ac ne vix quidem singula recenseri queant, eas sub generali quadam regula relinquam; reliquarum, quæ nimirum sunt ex genere prohibitarum, insigniores saltem relaturus.

Hic prius in genere notandum I. Jure canonum à quovis gravamine appellari posse *c. cordi*. 1. extr. de Appell. in 6. *c. super eo* 12. extr. de Appell. *c. eum qui* 2. de Dolo & Contum. in 6. Gail. 1. observ. 129. modò causa probabilis adferatur. *c. ut debitus* 59. extr. de Appell. Jure verò Civili non nisi ab eo, quod per definitivam *l. 1. ff. & C. de Appell. l. 2. C. de Episcopali aud.* vel eius vim habentem sententiam infertur *l. ante sententiam* 2. ff. de Appell. recipiend. & quod per appellationem tolli aut corrigi nequeat: Verb. cau. si ad carcerem quis rapi, vel quæstioni submitti iussus fuerit *l. 2. ff. de Appellat. recipiend.* Et si quidem ab Interlocutoria appelletur, canones volunt, ut fiat in scriptis, cum insertione gravaminis *c. ut debitus* 59. extr. de Appell. *c. 1. in 6. eod.* (id quod in praxi observatur Ord. cam. p. 2. tit. 29. §. wo

aber von 2c.) huiusque causæ, sicut & nominis tam Appellati  
quàm Appellantis, itemq; utriusque iudicis: quæ aliàs quoq;  
omnium libellorum Appellatoriorum communia requisita  
sunt *l. 1. §. ult. D. h. t. Gail. lib. 1. observ. 123. n. 5.* A definitiva,  
potest tam de jure civili quam canonico etiam viva voce ap-  
pellari *l. sed si apud 2. l. à sententia 5. §. fin. de Appellat. Mynsing.  
cent. 3. observ. 15. nu. 2. & 5.* & quidem vel unico hoc verbo:  
APPELLO, *d. l. 2. & l. 5. ff. h. t.* modò tamen fiat in conti-  
nenti, iudice adhuc pro tribunali sedente, quod vocant:  
*apud acta* Mit lebendiger Stimme / auff vnverwantem  
Susz / im susstapffen Termin. *process. cap. 230. nu. 38. Rosbach. in  
process. tit. de Appellat. 73. num. 11.* Quod si verò à Definitiva  
ex intervallo debito interponatur appellatio, antea dicta æquè  
locum habent & omnino habere debent, nisi quod causam  
gravaminis exprimere non sit necessum. *Myns. d. l.* Factâ por-  
rò sic quacunque appellatione, Notario, præsentibus duobus  
testibus, appellationis schedula exhibeatur, instrumento, cu-  
ius requisita undecim recenset Beuther. *in tr. de appell. temp. 1.  
cap. 9. inseratur Myns. cent. 4. observ. 45. Dan. Moller. ad constit.  
Saxon. const. 20. n. 1. & seqq* & instrumentum iudici à quo in-  
sinuetur, si eius copia haberi potest; quod si non, appellatio  
quidem nihilominus recipitur, sed tamen appellans, hoc mo-  
do insinuatione neglecta, in eo periculo est, ut iudex hic ad in-  
stantiam partis appellatæ rem iudicatam executioni tradat.  
*Ord. Cam p. 2. t. 29. §. Item / so soll einem jeden.* Iudici ad  
quem quoque una cum supplicatione instrumentum illud est  
exhibendum: si tamen viva voce appellatum fuerit, tunc suf-  
ficit tenorem sententiæ à qua, vel copiam eius simul produci,  
supplicante pro justificatione formalium ad acta producenda  
sefe referente. *Christ. Swanman. proc. cam. lib. 2. cap. 1. nu. 14.*  
In Camera & Foro Saxonico Appellatio coram Notario & te-  
stibus facta sine insinuatione valet *Myns. 4. observ. 44. Constit.  
Elect. Augusti p. 1. const. 20.* reliquum procedendi modum,  
cum huius loci & instituti mei non sit, ex aliis petere licet: ha-  
bet

bet aliquid Beuther. *tr. de Appellat. temp. 3. cap. 1.* Besold. *tr. de Appell. cap. 8. n. 15. & seqq.* II. Gravamen inferri vel culpa iudicis, iniustam sententiam pronunciando, vel culpa partis propria. *Beut. d. tr. temp. 1. cap. 2.* III. Possè appellari vel à tota sententia, vel à certo articulo eius, si diversa capitula contineat. *l. etiamsi 29. §. 1. ff. de Minorib.*

## VIII.

*REGULARITER itaq; cause in quibus appellare expressè non est prohibitum, sunt omnes, sive maiores, sive minores (a), sive criminales, sive civiles (b).*

(a) *l. & in maiorib. 20. l. addictos 29. l. 30 C. de Appellat. l. non tantum 6 ff. eod. c. de appellationib. II. extr. h. tit.* Exempla plurarecensentur *in colleg. jur. Argent. tit. de appellat. nu. 11.*  
(b) *per ll. dd.* Inveterata tamen consuetudine plerisq; in locis Germaniæ contrarium in criminalib. observatur. *Cothman. volum. 1. Resp. 16. fac. Recess. Imp. de Anno 1530. §. Item als ier jekliche zeit hero von peinlichen sachen Ord. Cam. p. 2. tit. 28. §. Item nach dem auch. Sächsisch Landrecht lib. 1. art. 12.* poenæ etenim certæ sunt, nec condemnantur, nisi argumentis evidentissimis convicti, testibus superati, aut propria voce insuper confessi fuerint. Dixi in plerisque locis Germaniæ, nam, quod non in omnibus, latius probat Ernest. Cothman. allegato loco; & facit quod in Lotharingiæ nonnullis locis, etiam ab ipsa definitiva in criminali causa lata, provocatio rejiciatur, in aliis rursus eiusdem provinciæ admittatur. *Petr. Gregor. Tholos. tr. de appell. lib. 2. c. 8. nu. 5.* Verùm super nullitate processus citatio in criminalib. contra iudicem criminalem nihilominus in camera obtineri potest *Ordin. Cam. d. l. Gail. 1. obs. 1. nu. 28. & lib. 1. de pace publica cap. 20. nu. 36. & 37.* quemadmodum & jurisdictio Camerae in causis criminalibus

fundata est, quo ad personas Camerales *Ord. Cam p. 1. cap. 50. §. ult.* ubi & obiter noto, nullum patere aditum ad Cameraam in causis matrimonialibus, merè spiritualibus, nisi vel ex causa nullitatis agatur, *Auth. Decis. s. præjud. Cameral. verb. matrimonium, versic. in causis. Roding. Pandect. Cameral. 1. tit. 29. & tit. 31.* vel brachium seculare imploretur *Gail. 1. obs. 115. num. 1. & seqq.* In Ducatu Mediolanensi, itemq; in tota Flandria, ut & in Magna Curia Neapolitana Appellationem in Criminalibus nullum prorsus locum habere, docent *Jul. Clar. §. fin. quest. 94. nu. 3. Damhuder. pract. Crim. c. 15, nu. 26. & c. 149. num. 2. 4. Capyc. decis. 137. nu. 17.*

## I X.

*Alterius autem generis causarum sunt primò ea, quæ ab Imperatore in l. observare 2. C. quorum Appellationes non recipiuntur, enumerantur: ob earum enim aliquam, aut etiam (secundum verriorem sententiam) similem, qui est damnatus, vel quia convictus & simul confessus est, vel confessus tantum (a), si appellat non auditur: nisi justam aliquam appellationis suæ causam adferat.*

(a) quod quidem in civilibus tantum admittit *Treutlerus Disp. ult. th. 3. lit. F.* Sed ei refragatur textus in *cap. 3. §. si autem de Appellat. in 6.*

## X.

*Censentur deinde Appellationis beneficio indigni, omnes qui sunt damnati propter crimen  
heresis*

heresis (a), vel falsa moneta (b), vel raptus virginum (c), vel vis Publica (d), vel laesa Maie-  
statis (e), vel Simonia (f), &c. sicut & ij quos  
statim puniri publicè interest (g), item officialis  
ob crimen aliquod damnatus. (h)

(a) *c. ut inquisitionis 18. de Heretic. in 6.* quod benè con-  
stitutum dicit Covarruv. *pract. quest. 23. nu. 4. ad fin.* impro-  
bat autem Bald. *in l. 3. C. de summa Trinit.* (b) Si reus hu-  
ius criminis sit privatus *l. 1. vers. appellandi C. de fals. monet.* hoc  
tamen in Gallia non observari *ibid. not. Gothofr.* (c) *l. un.  
vers. quibus etsi Appellare C. de Raptu virg.* (d) *l. quoniam 6.  
C. ad L. Iul. de vi public.* quo verò in casu hæc locum habeant,  
& quomodo limitanda sint ex ipsius textus inspectione cla-  
rius apparebit. (e) Ob atrocitatem huius delicti *per l. 16. ff.  
de Appellat. ubi Alexand. in addit. ad eandem Marant. tit. de Ap-  
pellat. part. 6. num. 297. fac. l. 5. C. ad L. Iul. Majestat.* (f) *c.  
reperiuntur 7. c. Petrus Simoni 19. & seqq. 20. 21. 22. C. 1. quest. 1.*  
(g) ut sunt insignes latrones, seditionum concitatores, du-  
ces factionum &c. *l. Constitutiones 16. ff. de Appellat. l. abstin-  
tia. 4. Cod. quorum appellat. non recipiunt. c. cum Romana 5. §.  
fin. extr. de Appellat. l. si quis 6. §. quid tamen 9. ff. de Injusto  
rumpit. & irrit.* ubi rationem addit Ulpianus: Prævenien-  
di, nimirum, periculi, & in cap. *ad nostram 3. extr. h. t.* inquit  
Pontifex: *Remedium Appellationis non ideo est inventum, ut  
alicui debeat in sua nequitia patrocinium exhibere; adde l.  
item. 15. §. 26. hoc edictum ff. de injur. Cic. Catil. 1. prin.* In  
Francia tamen convictorum, confessorum &c. in omni-  
bus criminibus admittuntur Appellat. *Rebuff. tom. 3. ad con-  
stit. Regias. v. de Appellat. artic. 7. Concl. 1. nu. 12.* è contra apud  
Venetos Decemviri potestatem habent quemcunq; civium  
sine provocatione puniendi *Machiav. 1. disp. cap. 49.*

Impe-

*Impedit, tertio, & Appellationem nonnunquam litis aestimatio.*

Sicin Camera Imperiali causa non recipitur nisi summa litis excedat 300. flor. quod jure novissimo ita constitutum est Abscheid des Deputation tags zu Spener Anno 1600. §. wiewol nun auch 2c. ubi aucta & duplicata fuit summa antiqua Recess. de Anno 1570. & Ord. Cam. p. 2 tit. 28. d. §. Gail. lib. 1. observ. 123. nu. 1. rationem reddunt l. quidam 21. ff. de reb. cred. l. properandum 13. l. apertissimi 16. C. de judiciis. partim ne sumptus in litem fortè expendendi, exhauriant & superent eam, partim ne Princeps summus & Camera Imperii propter levem & exiguam quantitatem inquietentur, partim ne lites prolongentur, partim verò tandem ne hominum nequitia nimium indulgeatur, dum scilicet ditior & qui de causa desperat egeno spem cum re auferat. Recess. Imp. de Anno 1570. Spira §. Als wir dann 2c. cum seq. Huius quoq; vestigia habemus in Jure Justinianæo, utpote, Novell. 23. cap. 3. Nov. 27. c. 2. Nov. 69. cap. 1. Attamen ad hanc summam adstrictus non est Privatus, qui Jurisdictioni Camerae *immediate* suppositum convenire necessum habet *prejud. Cam. tit. causa summa qua in Camera &c. fol. 66.* nec sunt adstrictæ *Cause Pie*, studia seu cultū DEI spectantes, hæc enim ubiq; sunt extra leges *Beuther. tr. de Appell. temp. 1. c. 5.* nec restringuntur ad hanc summam *reditus annui, Jura, jurisdictiones & cause injuriarum* Ord. Cam. p. 2. tit. 28. §. vnd sonderlich 2c. Gail. 1. observ. 123. n. 5. 6. vide *infr. th. 21. lit. C. & G. th. 22. lit. A. & D.*

*Quod*



## XII.

*Quod quartò ad causam possessionis (a) attinet, illa mirificè præstantissimorum Jureconsultorum ingenia in utramq; partem exercuit; mihi placet eorum opinio, qui eam eo loco, quo & præcedentes, collocant (b).*

(a) Momentaneæ, accipe, quam alii Possessorium summarium, item, Recredientiam, *Vultei* ad §. *tertia divisio Inst. de Interd.* alii summariissimum; Hispani, Interim; Galli, casum novitatis; Germani, Provisionale decretum nominant *Græv lib. 1. concl. practic. cam. Imp. concl. 7. nu. 1.* (b) Modò tamen per huiusmodi sententiam illatum gravamen in petitorio reparari possit, *Græv. d. l. nu. 8. conf. 2.* nec alia subsit causa quæ Appellationi viam aperiat. Rationem eleganter explicat *Besold. in tr. de Appell. cap. 7. nu. 88.* Aliter res se habet de Jure canonum, quippe ex quo ab omni gravamine provocari posse *supra th. 3. lit. c.* dixi, & quoq; de Jure Civili in possessorio plenario. *Gail. d. l. & observ. 147.*

## XIII.

*Agens quintò causam contra Principem vel Fiscum, eaq; cadens, amittit beneficium Appellationis,*

*l. 4. l. ult. C. quorum Appell. non recip.* nisi appareat eum manifestè convictum non esse, scilicet in causa Fisci *l. quoniam 18. & l. lata, 22. C. de Appell. pro ut has leges invicem conciliat gloss. & approbant conciliationem Dd.* hoc verò omninò saltem accipiendum de damno vitando; de Principe vide *th. 20. lit. B.* Is enim est qui provocatur *l. 1. §. 1. à quib. app. non lic.*

C

#### XIV.

*Quotiescunq; sexto sententia alicui exeque-  
nda mandatur, licet ab ipsa sententia benè (a), ta-  
men ab executione appellari non potest (b).*

(a) dixi supra thesi 4. (b) *l. ab executore. 4. pr. & ibi  
Gothofred. ff. h. t. l. 5. C. quorum appellat. non recip. l. quoniam 21.  
C. de Appellat. nisi Executor limites mandati sui excefferit d. l.  
5. C. quorum appell. non recip. cap. super 27. §. verum. extr. de offic.  
& potest. Iudic. deleg. vel in malè interpretando sententiam vel  
in ipsa executione excedendo: aut nisi tertius quispiam in-  
tervenerit.*

#### XV.

*Deficit septimò Appellatio in causa, quæ à  
Principe alicui, remotâ appellatione definienda  
committitur.*

*l. i. §. interdum. 4. ff. à quib. appell. non lic. quod Princeps  
& Papa, cæteri q; superiorem non recognoscentes facere pos-  
sunt. Bart. ad d. l. i. §. fin. c. pastoralis. 53. & ibi gloss. extr. de ap-  
pellat. Idque non tam quod Principi liceat appellationem tol-  
lere, quam quod velit hac ratione modum imponere litibus  
Marant. de Appell. n. 336. quousque tamen se clausula hæc ex-  
tendat tradit Beuther. tr. de Appell. temp. 1. cap. 7. §. A delegatis  
quoq; Iudicib. Exemplo esse potest Camera Reipubl. Argento-  
rat. Dnn. Tredecimvirorum Beuther. d. l. §. seq. videatur &  
Treütler. vol. 2. disp. ult. th. 4. lit. B.*

#### XVI.

*Itemq; octavò appellationem tertiam respuit  
sententia & frustratur, à qua jam bis appella-  
tum fuit.*

*l. un.*

*l. un. C. ne lic. in una eademq; caus. Nov. 82. c. 5. c. sua nobis. 65. extr. de Appellat. Petr. Frid. Mondan. lib. 2. cap. 27. sect. 6. vers. similiter cautum etiam &c.* ratio hæc esse videtur, ne quod ad remedium repertum est innocentibus, asylum quodammodo fiat criminosis: & tùm, quia non probabile est, toties iudices à recto declinare. In Camera tamen Imperiali pro amplianda Jurisdictione Imperii, & ne fraus eidem fiat, dum scilicet inferior iudex tres instantias nullo negotio facere, & supremi tribunalis jurisdictionem sic eludere possit, etiam tertia & quarta, si res postulet, Appellatio recipitur *Gail. lib. 1. observ. 72. num. 3.*

## XVII.

*Is nonò qui in causa obtinet, si de eo velit appellare, quod victus in expensas non fuerat sibi condemnatus, vel quòd tempus ad solvendum judicatum petierat, non auditur.*

Textus est in *l. omnem. 10. Cod. quand. provoc. non est necess.* Beuth, *tr. de Appell. temp. 1. cap. 5.*

## XVIII.

*Cessat decimò beneficium Appellationis in causa quæ per juramentum vel delatum vel relatum (a), per transactionem (b) itemq; per sortem (c), terminata est.*

(a) *l. generaliter 12. §. sed juramento 1. C. de Reb. credit.* ubi & rationem vide: quod tamen quousque verum sit explicat Beuther. *tr. de Appell. temp. 1. cap. 5.* (b) Hæc namque vim juramenti & rei judicatæ habet, adeoq; ad exceptiones litis finitæ, quæ resuscitari non debet, referenda est *l. ult. §. fin. C. de temporib. Appellat. c. de his extr. de Accusat.* licet hodiè in

praxi tacitè hoc modo Appellationi renunciatum, ob insigne, quod vertitur, periculum, non censeatur. *Salic. & Vvesenb. ad l. 4. C. de pact.* (c) *Marant. de Appellat. n. 257. & seq.* rationem reddit *Bald. ad l. fin. prin. C. commun. de legat. quia*, inquit, *fortuna, utpote cui res committitur, non habet superiorem, eiusq; dux est DEUS: & D. Augustin. in Psalm. Sors est res in dubitatione humana divinam indicans voluntatem: latius Besold. tr. de Appell. cap. 7, n. 99. & 100.*

## XIX.

Omnis denique appellatio in factis & debitis, notoriis & liquidis (a), item de facto proprio sive actu quem ipsemet quis procuravit aut approbavit (b), nec non ab eo quod maior pars fecit (c) frustranea est.

(a) *c. cum Romana 5. §. fin. c. 13. c. 14. c. 32. extr. de Appell. Clar. quest. 9. §. fin. Panorm. ad c. ad nostram leg. 3. n. 4. extr. de jurejur.* quod tamen ita limitandum putat *Jul. Clar. quest. 94. §. fin. circa fin.* nisi causam probabilem inserat Appellationi. (b) *l. generaliter 12. C. de reb. cred. c. quod semel de R. I. in 6. Marant. de Appellat. n. 317.* (c) *c. 1. extr. de his qua fiunt à maior. part. & c.* Et in dictis his causis omnibus Appellatio ad minimum tantam vim non habet, ut effectum sententiæ, in prima instantia latae, impediri queat.

## XX.

Deveniamus jam ad **JUDICES à QUO & AD QUEM** appelletur. De **JUDICE à QVO** primò in genere dico, ab omni superiori non recognoscente (a), deinde in specie à sum-

mo

mo Principe (b), à S. Sancto Concilio legitimè congregato (c), à Pontifice max. (d) & antiquitus à Senatu Romano (e), appellari minimè posse potuisse ve.

(a) V.C. Rebus publ. Venetorum, Statuum confœderatorum Belgia, & Helvetiorum: videri potest *Besold. tr. de Appellat. cap. 2 à nu. 55. usq. n. 62.* (b) *l. 1. §. 1 ff. à quib. Appellar. non lic.* etiamsi in propria causa pronunciaffet, *arg. l. & hoc Tiberius 41. ff. de Hered. instit. & Dd. in l. un. C. ne quis in sua caus. judic.* Hodie certo modo coram Electore Palatino Imperatores conveniri possunt *per Aur. Bull. tit. 5. §. fin.* Quando verò Electores Palatinus & Saxo tempore Interregni s. vicariatus, *per constitutionem Aur. Bull.* loco sunt Imperatoris, consequens est, nec ab his provocandum, cum ipse recens Electus & Coronatus Imperator omnia eorum judicata, capitulatione rata habeat. *Anton. Col. de jur. Imp. Germ. concl. 33. artic. 37.* Idem obtinet in Regibus extraneis, Gallia, Hispania, Anglia, Polonia, &c. nisi quod Regi Gallia Parliamentum jus dicere scribat *Papon. 2. Notar. c. division de l'ordre de plaider fol. 23.* nec non in Anglia ferè eodem modo res sese habeat, *quo de alibi, cum huc non pertineat.* (c) de quo *Bellarmin. Tom. 2. de Concilior. autoritate.* (d) *c. patet. io. c. ipsi sunt. 16. C. 9. quest. 3.* sc. in singularib. quâ & is pro Domino seculari agnoscitur, non item in spiritualibus: In his namque omninò ad legitimum & liberum universale Concilium provocare licet *cap. 17. C. 9. quest. 3.* exemplo B. Lutheri, de quo *Sleidan lib. 1. comment. Goldast. Constit. Imp. part. 101. Beuther. tr. de Appell. temp. 1. cap. 7.* In contrarium disputat *Bellarmin. Tom. 2. de Concil. autorit. c. 17. cum seq.* Imò glossa *in c. 2. verb. Ecclesia 16. q. 6.* voluit, quod Papa in propria causa teneatur arbitros eligere: idque probatur *Surdo Conf. 50. n. 28.* (e) *l. 1. §. 2. ff. à quib. Appell. non lic. & ibi Gothofr.* quo nec incommode

hodie refero Cameram Imperialem, quæ supremum Imperii Romani Tribunal est: Ubi tamen pars per sententiam se se gravatam existimans, REVISIONIS beneficio extraordinario, (quod, ex quadam gratia & benignitate indultum, per Imperatoris & statuum imperii Commissarios ad hoc deputatos exercetur, *juxta Ord. Cam. p. 1. tit. 3. pr. p. 3. tit. 51.*) gaudet. Cæterùm licet fidejussoria, vel in huius defectum juratoria cautione à parte victrice, in casuam retractationis sententiæ, tam de re principali quàm de augmentis, in eventum resutuendis, præstita, sententiam executioni mandari posse nonnulli statuunt: nihilominus ex mente ordin. cameræ, eam, Revisione pendente, suspendi, verius arbitror: Quod si Revisionem petens succumbat, Appellationis sententia confirmatur, executione priùs facta statur, nec denuo Revisio peti nec pecunia quoque à principio, pro rei & personæ qualitatibus, juxta Visitatorum arbitrium deposita, repeti potest, sed in pœnam temeritatis, & sumptuum, in Revisionem factorum, refusionem convertitur. *Ord. cam. p. 3. tit. 53.*

## X X I.

*Ulteriùs à quibusdam ob singulare privilegium provocare non licet, veluti, à Præfecto prætorio <sup>(a)</sup>, hodiè ab Electoribus septem <sup>(b)</sup>, ab Archiducibus Austria <sup>(c)</sup>, à Ducibus Saxonie <sup>(d)</sup>, à Duce Burgundie <sup>(e)</sup>, & à Duce Lotharingie <sup>(f)</sup>.*

<sup>(a)</sup> *l. à Procuratorib. 19. l. si quis. 30. C. de Appellat. l. un. C. de sentent. Præfect. prætor.* <sup>(b)</sup> Horum judicia quoq; sunt *ἀνωτέρευσα*, ex *Aur. Bull. tit. II.* & sic quo ad hunc articulum sunt eiusdem conditionis cum Præfect. prætor. *Alciat. l. 1. ff. à quib. Appell. non lic. n. 2.* Non autem extenditur hoc privilegium ad casum fractæ pacis vel denegatæ justitiæ. Cæterùm viget solummo-

lummodo hæc exemptio hodiè in Electore Saxonico & Brandenburgico, cõfirmataq; est, illi quidem à Ferdinando I. Imp. Anno 1559. huic vero à Rudolpho II. Anno 1586. *Mynsing. cent. 5. observ. 58. nu. 1.* In reliquis Electoribus, longi temporis usu, contrarium observatum hæctenus reperitur *Boc. clas. 6. Dist. 34. th. 35.* Et rediit quidem in certam summam, videlicet in Moguntino *ad 400. Rhenan.* in Trevirensi *ad 500. aur.* in Palatino *ad 1000. flor. in auro.* Beuth. *tract. de Appellat. temp. 1. cap. 5.*  
(c) Licet enim teste *Thom. Michael. de Iurisdict. concl. 23.* multæ adhuc extent citationes, processus, mandata, inhibitiones contra ipsos proditæ: à tribus tamen Imperatorib. Carolo IV. Anno 1366. Sigismundo Anno 1464. Carolo V. Anno 1530. facta transactio illis tuetur hoc indultum *Myns. cent. 5. obs. 58. nu. 2.* Nisi quod à provinciali iudicio Sueviæ, *Muff der Leutfircher Hent/* Appellationes recipiantur in Camera, etiamsi Austriaci repugnent. *Aut. Symphor. temp. 1. p. 2. tit. 17. fol. 321.*  
(d) Eodem privilegio hi sunt exempti quo Elector Saxonæ, cuius memini proximè præced. lit. B. *Heig. quest. 4. num. 33. & seqq. p. 1.* & quam latissimè se extendat illud, his verbis describit *Andr. Knich. in tr. de Saxon. non provoc. jure, fol. 328. n. 2. & seqq.* Nulla negotii attemptata difficultate, vel summæ qualitate, neque provocationem, revisionem, reductionem, supplicationem, nullitatisve querimoniam, nec quodcunq. aliud subsidium, quo controversia ad superiorem devolvitur (excepto, si iustitia planè denegata perhibeatur) contra eorum placita & iudicata, admittit illorum privilegium, &c. Ne tamen quisquam de iniquitate aut denegato salutis medio, queri posset ipsi Principes Saxonæ beneficium *Leuterationis* sententiæ (*Leuterung vnd Oberleuterung*) indulserunt. *Ord. Appel. Christiani II. tit. von der Supplication vnd Revision. Moller 1. semestr. cap. 38. nu. 2.* loco sc. Supplicationis & Revisionis, quibus utuntur ii, qui Cameræ vel alterius cuiuspiam sententia, cuius executionem per Appellationem declinare non licet, se gravatos autumant. (e) vigore illustris istius transactio-

nis

nis Augustæ Vindelic. Anno 1548. cum Carolo V. inita. *Myns. cent. 5. observ. 58. n. 2. Gail. lib. 1. de P. P. cap. 11. nu. 6.* adeò, ut ne quidem in causa fractæ pacis conveniri possit in Camera. (†) *Myns. d. observ. nu. 1.* Tandem & à Principibus Hassiæ, nisi summa litis excedat 600. aureos, provocatio in camera recipitur. *Beuth. tr. de Appell. temp. 1. cap. 5.*

## X XII.

*Ultimò, infra certam summam à deferendo Appellationi exemptæ sunt quædam Civitates Imperiales, ut: Argentina<sup>(a)</sup>, Aquisgranum<sup>(b)</sup>, Gröninga<sup>(c)</sup>, Norinberga, VVormatia, Eslinga, Reutlinga<sup>(d)</sup>, &c.*

(a) Vigore Austragarum, & in specie ex privilegio Imperatoris Maximiliani de Anno 1566. Cuius tenor est, ne à sententia huius ad cameram imperii provocetur, si summa litis sit intra 600. aureos, sed expediatur causa coram Dnn. Tredecimviris, tanquam Judicibus Cameralibus delegatis. *Beuther. tr. de Appell. temp. 1. cap. 5. Gail. 1. observ. 1. nu. 20.* (b) Hæc prorsus conveniri in camera nequit, extra casum denegatæ justitiæ; idque privilegio de Annis 1376. 1435. & 1570. (c) Hæc adeò privilegiata est, ut eius Civem, incolam, aut ei quoquo modo subjectum, nulli omninò ad aliud externum tribunal citare, & à Senatus eius cameræve sententia, sive in civilibus, sive criminalibus provocare liceat. *Vbbo. Emm. de Agro Frisia inter Amas. & Lavic. fol. 151.* (d) *Gail. 1. obser. 1.* De harum ut & aliarum Civitatum, aliorumque statuum Imperii Privilegiis ac summis eorum pluribus P. Frid. Mindan. *in fin. lib. 1. de process. extrah. pag. 224. Roding. de Jurisdic. Cam. 1. tit. 20. nu. 27. ad fin. usq. Denays. tit. Summa appell. §. ult. & tit. Appellationis privilegia §. 2. & 4.*

Huc



## XXIII.

*Huc pertinet quaestio, num ab Arbitrorum laudis Appelletur? quod de Jure canonico absolute (a); de Jure vero Civili hac limitatione concedam, si Arbitri ex juris necessitate fuerint dati (b).*

(a) Ex fundamento in th. 3. lit. C. supr. posito, adde *c. sane. 34. C. 2. quaest. 6.* (b) *l. 1. C. de Recept. Arbitr. l. diem praeferre 27. §. stari autem. 2. l. non distinguemus. 32. §. cum quidam 14. ff. eod. l. arbitro 9. ff. qui satisd. cog. l. ult. C. de judic. l. societatem. 76. ff. pro soc. l. à D. Pio 15. pr. ff. de Rejud. l. ex consensu 23. pr. ff. h. t. & sic conciliabitur Bald. in d. l. 9. Adeoq; nec à sententia Arbitri compromissarii, si sc. poena adjecta fuerit *l. 2. ff. de Recept. l. 1. C. eod. d. l. diem praeferre ff. eod. nisi praestetur ea Auth. decernit C. de Recept.* aut enormissimam contineat læsionem laudum *Zaf. cons. 12. nu. 38. Gail. 1. obs. 150. nu. 9. Menoch. cons. 606. per discursum. Anton. Gabriel. Rom. lib. 2. tit. de Arbitr. concl. 3. per tot.* Pari modo nec à judice Reductionis provocatur. *Gail. lib. 1. obs. 149. n. 4. & seq. Myns. cent. 4. obs. 68.**

## XXIV.

*Extra hos ab aliis omnibus judicibus, tam secularibus (a) quam Ecclesiasticis (b), Appellationes conceduntur, adeo, ut, nisi Appellationem, in casibus non prohibitis (c), admittant, copiamq; omnium actorũ ac ipsius sententiae (d), partibus id petentibus faciant, & Apostolos concedant, certam & gravem poenam à legibus ille: hic vero à Canonibus paratam habeat (e).*

D

(a) l. à proconsulib. 19. l. si quis, 30. l. precipimus 32. §. hęc  
 Appellatio 3. & seq. C. de Appellat. (b) text. in c. placuit. 2.  
 quest. 6 c. omnis. 3. c. ad Romanam. ead. (c) l. ult. §. fin C. de  
 temp. & reparat. Appell l. oportet 36. C. de Appell. l. ult. ff. de Apell.  
 recip. (d) Ord. Cam. p. 2 tit. 3. §. darmit. Gail. 1. obs. 134. n.  
 2 c. quoniam ij. extr. de probat. l. eos qui 6. §. 3. l. ne causas 15. l. 19.  
 C. de Appellat. (e) Nempe 30. auri librarum. l. quoniam 21.  
 C. de appel. Et, si, quę ad informationem probationemq; fa-  
 ciunt, neglexerit, parti non tantum ad interesse *Myns. cent. 1.*  
*obs. 11. cent. 2. obs. 16.* suisq; sumptibus supplere tenetur; verum  
 etiam infamia notatur l. ne causas 15. C. de Appell. Nov. 126. c. 3.  
 Nov. 60. cap. 2. §. 1. ibi Et suscipere & c. Nov. 82. cap. 12. Hodię ta-  
 men pro arbitrio judicis superioris hęc pœna in ipsis com-  
 pulsorialib, interdum gravior, interdum levior proponitur.

## X X V.

*Quod si dubius sit iudex (cum non ita semper,  
 quenam causa admittant, quęq; respuant appel-  
 lationem, perspectum habere possit) salvet se, Ap-  
 pellationi conditionaliter deferendo, nimirum, si,  
 & quatenus de jure admittenda fuerit.*

*l. à proconsulib. 19. C. de Appellat. l. 6. §. 3. ff. eod. Mascard.  
 concl. 119. n. 1. & c. Besold. tr. de Appell. cap. 9. n. 3. Beuth. tr. de Ap-  
 pell. temp. 1. cap. 12. Donell. lib. 28. cap. 6.*

## X X V I.

*Circa JUDICEM AD QVEM dis-  
 crepant Canones à Jure Civili: illõnamq; Appel-  
 lationes, spretis intermediis iudicibus, ab infimo  
 ad*

*ad supremum (a): hoc, gradatim saltem, ab inferiore ad gradu proxime superiorem (b), conceduntur.*

(a) Inde est, quod, omisso quocunque medio, ad Pontificem Summum provocari potest. *c. ad Roman. 2. q. 6. c. si duob. 7. pr. c. sollicitudinem 54. extr. de Appellat.* rationem addit Ferrar lib. 2. cap. 5. *de Appell. quò, inquit, nundinationes Romæ essent frequentiores.* Imò, quod consuetudo, quâ omisso medio ad supremum provocatur, pro jure habetur. *c. Romana 3. §. ab Archidiaconis. de Appell. in 6. c. sollicitudinem extr. de Appell. Mynsing. cent. 1. obs. 67.* (b) qui ratione administrationis non dignitatis talis est *l. nemo. 4. C. de jurisdic. omni. judic. l. Imperatores 21. pr. & §. 1. si. de Appell. l. 1. §. si quis. 3. eod. Nov. 17. cap. 3. Nov. 23. cap. 4. ibi: ne causa non gradatim procedere sed perperam videatur.* Nisi tamen iudex intermedius palàm justitiam denegaverit, aut inhabilis incompetensq; alio quovis modo factus fuerit, aut etiam ultrò causam superiori transtulerit. *Ordin. Cam. p. 2. tit. 29. princ. Marant. de Appellat. num. 375. Mynsing. cent. 1. observ. 67. Gail. 1. observ. 119. num. 2.* unde clarum est, in Camera juris Civilis dispositionem observari, exceptis paucis casibus quos partim. *Gail. d. l. partim Hostiens. in sum. extr. de Appell. num. 4. post pr. vers. sed contra recenset.* adde *Mynsing. cent. 2. observ. 4.* Nominatim verò excipiuntur & sic gradatim procedere minimè tenentur *Studiosus. Bald. in Auth. habita. C. ne fil. pro patr. num. 29. vers. item possunt. Socin. Reg. 23. fall 5. Pupilli, Senes, Viduæ & aliæ miserabiles persona l. un. §. quod si pupilli C. quando Imperat. inter pupill. ubi Barthol. num. 1. & Dd. Menoch. arbitr. cas. 66 per tot. & maxime num. 31.* Quod si quis parem vel minorem appellet, cum nullam jurisdictionem in iudicem à quo ille habeat *l. 4. ff. de recept. arbitr.* error hic, quo ad lapsum fatalium, ipsi obest: sin proximo intermisso majorem, non item *l. 1. §. 3. ff. de Ap-*

*pellat*. Potest tamen unus idemq; maior videri, adeoq; ad eundem appellari, quando sc. alios habet adfessores in 2. instantia *Ludov. à pegner, decis. 191. pr.* Sic à principe malè informato ad melius informandum provocatur. *l. 1. §. 1. ff. de Appell. l. 2. C. eod. l. 1. pr. ff. quand. appelland.* Licet quoque consuetudo, qua provocatio ad parem vel inferiorem introducta est, nunquam convalescat *Marant. p. 6. de Appell. nu. 368.* Ea tamen, cuius vigore ad peregrinum iudicem appellatur, non omninò improbatur: Et hinc est, quod hodiè à Rostochiensi Curia ad aulam ducis Megapolitani & Senatum Lubecensem appellationem interponi, tradat *Matth. Steph. cap. 7. nu. 362. & Hillig. in Donell. Enucl. p. 2. lib. 28. cap. 7. lit. A.* qui & plura exempla refert. Tandem & hîc quæritur. An ab Ecclesiastico ad secularem appellatio procedat? Ajo: si nimirum in causa profana pronunciarit. *Nov. 123. c. 21. Surd. Cons. 275.*

## XXVII.

*Discrepant item Canones à Jure civili in questione de iudice subdelegato: (de Delegates est manifesta (a)) illi nonnunquam, (b) hoc semper (c) ad subdelegantem appellare permittit.*

(a) *l. 1. pr. ff. quis à quo Appellet.* (b) *c. super questionem, 27. §. porrò & §. si verò extr. de offic. & potest. Ind. deleg.*  
(c) *l. un. in fin. Cod. qui pro sua Jurisdic. Alia ratio est in eo qui mandatam habet Jurisdictionem, etenim ab hoc non ad ipsum mandantem, sed eum, qui appellaretur ab eodem, provocandum, cum hoc verè esset ab eodem ad eundem appellare contra *l. 1. §. 3. ff. de Appell. l. 1. §. 1. ff. quis à quo appellet. cap. Romana 3, extr. de Appellat. in 6.**

*Officium*

## XXVIII.

Officium iudicis ad quem in eo maximè ver-  
titur, ut omnium primò cognoscat, an Appella-  
tio justa sit nec ne <sup>(a)</sup>: Deinde, ut, si sententiam  
priùs latam deprehendat iustam, eam confirmet:  
sin minùs, reformet & corrigat <sup>(b)</sup>: Tertio, ut  
mandet iudici à quo, ne ulterius in causa proce-  
dat, aut quicquam innovet <sup>(c)</sup>.

<sup>(a)</sup> Gail. 1. observ. 119. nu. 1. & si quidem justam depre-  
henderit, suscipiat omnino oportet. Nov. 126. cap. fin. pr. quod  
si iniustam, v. g. cum solennitates necessariò requisitæ, quib.  
de supr. th. 6. & passim, minimè adhibitæ fuerint, necessum ha-  
bet, Appellationem, etiam altera parte non petente, desertam  
pronunciare l. si contra. 8. l. quoniam. 18. C. de Appell. Rebuff. tr.  
de Appell. art. 5. gloss. un. n. 47. <sup>(b)</sup> l. eos qui. 6. C. de Appellat.  
<sup>(c)</sup> Gail. lib. 1. obser. 130. n. 15. itemq; d. obser. 119. Non tamen  
mandatum hoc inhibitorium facilè impertiri debet, quando  
ab interlocutoria fuerit appellatum, nisi cùm liquidò de gra-  
vamine appellanti illato constet. Myns. cent. 4. obser. 64.

## XXIX.

Non minima quoque officij pars iudicis ad  
quem, in eo consistit, ut, si acta inepta & manca  
deprehenderit, priore processu sublato & extincto,  
partibus licentiam reseruet, an velint <sup>(a)</sup> coram  
se de integro experiri: ut temerè & calumniosè  
Appellanti pœnam infligat <sup>(b)</sup>; ac deniq; ut vi-  
ctum de fructibus & litis sumptib. condemnet <sup>(c)</sup>.

(a) *Mynsing. cent. 1. observ. 11. cent. 2. observ. 16.* (b) quæ ratione Appellantium modò est arbitraria *l. eos. 6. §. 4. Cod. de Appellat. l. illud 8. ff. eod. modò 50. librarum auri l. ab executione 5. C. quorum appellat non recip. modò infamia. l. à Proconsulib. 19. vers. superatus. C. de Appell.* Appellationis enim remedium non ad defensionem iniquitatis, sed ad præsidium innocentiae institutum ait Pontif. *in c. cum speciali 61. §. porro extr. de Appellat.* Jure Camerali novissimo, temerè appellanti non minor poena, quam unius aur. marcæ irrogatur, quæ & pro judicantis arbitrio ad denas aur marcas, fisco applicandas, extendi potest. *Recess. deputat. Anno 1600. §. Ob wol Jura Saxonica à temerario provocatore triginta solidos parti adversæ tradendos, judici verò arbitrariam mulctam, exigunt. lib. 2. Landrecht. artic. 12.* quod tamen in defuetudinem abiit, & observatur hodiè hac in parte juris canonici dispositio. *Wesemb ff. h. t. n. 11. Coler. Process. execut. part. 2. c. 1. n. 97. & seq.* (c) *l. properandum. 11. §. sin autem, ubi gl. C. de judic. nisi in criminalibus corporali poenæ subjugandus veniat victus.* Jure Pontificio sufficit in sumptus condemnetur *c. finem, 5. de Dol. & contum. c. cum appellat. 4. de Appell. in 6.*

### XXX.

*Tandem restat EFFECTUS Appellationis. Hic modò est suspensivus (a) modò planè extinctivus (b).*

(a) Hæc ante omnia intellecta velim de legitimè interposita Appellatione: ibi enim statim ab ipso momento quo est provocatum sententia pronunciata quasi obmutescit *l. 32. §. 3. C. de Appell. l. 42. §. 3. ff. de bonis libert. verb. res per Appellationem extrahitur. l. 1. §. ult. ff. ad Senat. Turpill. Gail. 1. obser. 122. num. 3.* & suspenduntur omnia quæ exinde aliàs sequerentur adeò ut nihil prorsus innovare liceat aut progredi judici, si nimirum à definitiva provocatum fuerit, *l. un. ff. nihil innovari.*

*l. 1.*

*t. t. extr. ut litè pendente &c.* (b) quando sc. prior sententia injusta reperitur, tunc omninò evanescit. Cæterum spectat etiam ad effectum hoc, quod, si plures litis consortes sint una sententia æquè cōdemnati & unus saltem eorum appellet, cæteris omnibus appellationis victoria profit *t. t. C. si unus ex plurib. l. si qui. 10. §. 2. & 4. ff. de Appellat.* & hoc adeò verum est, ut, etsi, qui provocavit, cum adversario transegerit, adhuc tamen alter interpositam à litis consorte appellationem prosequi possit. *Mynsing. cons. 8. num. 21. cap. 1.* id quod & ad correos in criminalibus rectè extenditur. *Iul. Clar. §. fin. quest. 94. num. 4.* Alios effectus recenset *Besold. tractat. de Appellation. cap. 12.*

NOMINI S. SANCTAE INDIVIDVÆ  
TRINITATIS GLORIA ET  
HONOS.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is faint and difficult to decipher but appears to be organized into several lines.

Small handwritten label or mark on the right edge of the page.